



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Lvdgeri, Primi Episcopi Monasteriensis; qui dictus est Apostolus Saxonum. ex ea quæ est prolixè admodùm scripta per monachos VVerdinensis cœnobij, à S. Ludgero extracti. Claruit temporibus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

VITAS. LVDGERI, PRIMI EPISCOPI MONASTETIENSIS; qui dicitur est Apostolus Saxonum. ex ea qua est prolixè admodum scripta per monachos Verdinensis cœnobij, à S. Ludgero extracta. Claruit temporibus Caroli Magni Imp. Obijt an. Domini 809.

Lvdgerus ex Frisia oriundus. parentes habuit prima nobilitatis gloria insignes, & fidei & religionis sanctitate claros. Auus eius, quem Vurisingum appellabant, ex illa primum familia Christo nomen dedit. Is Ado cognomēto, à Rege Radbodo, qui tunc Frisiz imperitabat, ob iustitiz defensionem exilio multatus, in Franciam peruenit. Sed cum post mortem Radbodi, Carolo regnante. Frisia Francorum accessit imperio, ab ipso demum in patriam. cum summa dignitate restitutus est. Huius filius iunior, qui Thiadgrinus appellabatur, sancti viri pater erat: mater Liaburga dicebatur. Hæc auia ex paterno genere habebat gentilē. Quæ cā doleret filio tantum filias nasci. furore femineo succensa, matrem sancti viri eadem, quæ nata fuerat hora, aquis necari præcepit. Vnde cum iuxta crudele eius mandatum, situlæ aqua plenæ à mancipio, cui hoc erat iniunctum immergeretur, puella brachiolis extensis, veraque manu marginem situlæ apprehendit, & quibus potuit viribus renitēne mergeretur; itaque in hac colluctatione profus mirabili, vicina mulier superuenit, & misericordia mota, infantulam de manu mergentis eripuit. Et quia iuxta superstitionem gentilium, semel aliquid gustantes illicitum erat necari infantes, cum puella domum festina regressa

vide Caf.
Bar. in not.
Mart. Rom.

26. Martij:
Patria &
parentes S:
Ludgeri.

Pater eius
Thiadgrinus.
Mater Liaburga.

Crudelitas
auis S.
Ludgeri.

Nota matrem Ethal-
cum, erga
infantes.

Xxx 2 regressa

regressa, ori eius de melle aliquid immisit; quod cum statim ipsa sorbuisset, ab imminenti mortis periculo liberata est. Verum postquam iam adulta ætate foelicibus auspicijs marito iuncta esset, & virum Dei Ludgerum in vtero gestaret, casu nescio quo tam grauiter prolapsa est, vt palus super quem ceciderat, latus penetraret, & extremum mortis periculum, tam sibi quam infanti minitaretur. Sed & hoc periculo, Dei benignitate liberata, infantem foeliciter enixa est, cui in sacro baptisimatis fonte Ludgero nomen impostum fuit.

Natiuitas S. Ludgeri.

MOX igitur vt pedibus insistere, & vocem in verba formare potuit, egregium futuræ sanctitatis & eruditionis specimen de se præbuit. Interrogatus quandoque adhuc puerulus, quid per totum diem operatus fuisset, tale fertur dedisse responsum; Ego die tota aut libros composui, aut legi, aut scripsi. Inquisitus vltcrius quis eum docuisset: Deus, inquit, me docuit. Profecto admiranda omnino in tantillo pectore doctrina. Hoc enim verbis illis dixisse videtur; Cur me interrogatis quis me docuerit, quasi quisquam alius singulos doceat, quam Deus. Nisi enim Deus mentem erudierit, labore forinsecus homo proficere non potest. Verum vbi cum ætatis processu scientia simul cum meritis in Ludgero accreuit, ne qua ignorantia laberetur, obnixè à parentibus viro alicui in sacris literis erudito se tradi postulauit. Parètes plurimùm gauisi eum Gregorio cuidam literarum scientia & morum probitate insigni, (qui ea tæpestate Traiectinæ sedi in gradu presbyterij præsidebat, & sancti martyris Bonifacii successor erat) cõmédarunt. Apud quẽ breui temporis spatio eos in literarum scientia & optimis disciplinis pro-

Nota mirabile paruuli responsum.

Traditur Gregorio presbytero, in disciplinam.

progressus fecit, vt nihil præter cælestia & æterna meditari posset. Itaque rebus huius mundi valere iussis, se totū in Traiectensi monasterio Dei seruitio mancipauit.

Eo tempore, in Anglia, summa quadam scientiæ & maximarum artium cognitione admirabilis florebat Alcuinus. Ad hunc igitur Ludgerus, vt mentem excellentiori scientia expoliret, simulque vt sacris ordinibus in Angliâ initiaretur, contendit. Gregorius enim, presbyter tantum, cathedræ Episcopali præsidebat. Vbi primò annum vnum in studiorum curriculo summa diligentia exegit; deindè tres continuos cum dimidio, ea diligentia apud Alcuinum collocauit, vt nihil ei vel ad totius scripturæ intelligentiâ, vel ad monasticæ disciplinæ perfectionem deesse videretur. Domum igitur ad suos reuersus, incredibile

Ludgerus, Alcuino, in Angliâ, annos in vniuersum quatuor, adhæsit.

omnibus voluptatē attulit. Erat tunc Gregorius ætate & laboribus confectus, aded vt morbis oppressus, è vita excederet, & Albricum nepotem successorem relinqueret. Is vnico Ludgerum affectu diligebat, & quia ipsius prudentiæ & pietati plurimum tribuebat, statim ei animarum curam in Dauentriensi parochia commisit. Suscepit eam prouinciam confidenter, & quia auditione perceperat, Lebuinum olim in ea vinea laborasse, & beato agone consumptum, in Ecclesia à se quondam cõstructa, sed Saxonum feritate funditus euersa, quiescere, cepit summa diligentia beati viri corpus inquirere, eoque non inuento, collapsa templi fundamenta erigere. Sed accidit dum iactis fundamentis parietes erigere pararet, vt nocte quadam Lebuinus ei appareret, & ad cõstantiam suscepti operis excitaret. Qua visione

Albricus succedit Gregorio.

S. Lebuinus apparet Ludgero.

mirificè confortatus Ludgerus, non dubitauit

XXX 3 deo.

Ludgeri de-
molitur, De-
orū fana in
Frisia.

deorum fana & diuersa idolorum simulachra,
quæ in Frisia apud omnes summo in honore erāt,
cum ingenti capitis sui periculo demoliri, &
Christi Euangelium cōstanter eis annunciare. Eo
tempore Diaconi adhuc officio fungebatur, sed
Albrico pontificatus ordinem fortiente, presby-
terij ab eodem gradum suscepit, simulque Eccle-
siaz Doctor in pago Ostrache constitutus est.

V Vindekin-
dus Dux Sa-
xonum.

Ea tempestate Dux Saxonum V Vindekindus
grauissimum Frisiaz bellum intulit, omniaque cō-
dibus & incendijs miserè compleuit. In hac per-
turbatione Ludgerus, cū neque martyriū quod
optabat mereretur, neque vllum suæ prædicatio-
ni locum, cunctis vnanimiter resistentibus, dari

S Ludgerus
redit Romā.

videret, cedendum tempori ratus, Romā ad Leo-
nem Pontificem se recepit; à quo benignè admo-
dum habitus est, suæque singulari eruditione, &
eximia morum probitate effecit, vt Carolo Ma-
gno innotesceret, summamque apud eum existi-
mationem obtineret. Carolus autem vehemen-
ter eius sanctitate delectatus, plurimumque eius
prudentiæ tribuens, quinque in Frisia pagos ei, &

Ludgerus
prædicatur
Frisijs.

insulam vnā quam Bant appellant, commisit,
Hos vir Dei & verbo & virtute aggressus, ab infi-
nitis dzmonum erroribus perpurgauit, effecitque
vt cum multi Christo nomina darent, etiam vici-
næ insulæ, quæ in ipso Frisonum atque Danorum
cōfinio sita est, statim inter primos, princeps ipse
crederet, & Landricum filium suum ei de fonte

Multi cre-
dit in Chri-
stum, & ipse
princeps cū
filio.

leuandum offerret. Quem vir Dei, postea sacris
inbutum literis, etiam presbyterum ordinauit.
Igitur cū huiusmodi quotidie operibus, & a-
pud Deum sanctitatis meritum augetur, & a-
pud homines fama eius magis magisque cresceret,

Rex Nort-
mannorum,

etiam Nortmannos euangelizandi gratia adire co-
gitauit,

gitavit, sed impij regis mandato prohibitus, Saxonum Occidentalium, qui ab idololatria ad Christum recenter conuersi fuerant, curam suscepit.

(quos hodiã Noruegos vocant) non admittit S. Ludgerum.

Quodam tempore cum euangelizandi gratia, vir Dei Ludgerus ad quandam in Frisia villã nomine Heligwerde accessisset, inter alios qui illuc ad audiendum eum confluerant, quidam etiã cæcus aduenit. Pro cuius illuminatione cum multj virum sanctũ orarent, vt suis precibus eam à Domino obtinere contenderet; ille de animæ magis quàm corporis lumine sollicitus, quæsiuit ex eo, velle nẽ pura oris cõfessione crimina omnia expiare, & salutarem pro ijs pœnitentiã peragere. Respondit miser, se ad integram peccatorũ suorũ confessionẽ paratum esse. Nec mora, altera die cõsumma doloris testificatione, crimina sua cõfessus, & animæ & corporis salutem consequutus est. Monuit tamen vir sanctus, nequid sibi eo in opere ascriberet, sed totum Christi Saluatoris gratiæ & benignitati acceptum referret.

Cæcum illum illuminat.

Erat in quodam dicecesis eius loco Billerbeki, mulier quædam valdè nobilis, sed incestis nuptijs infamis, quæ vt ab infamiæ nota & æterno animæ periculo solui posset, munusculis & donis sanctum virum aggressa est. Misit enim die quodam, testem pretiosissimi mellis vas plenum, quod vir Dei nullo modo recipere voluit. asserens se participare non posse, quæ se illicito conubio alienam ab Ecclesia fecisset. Hac igitur via frustrã tentata, mulier plerosque ex discipulis eius aduocauit, ijsque præfatum mellis vasculum tradens, rogauit vt viro Dei persuaderent, velle eam à peccatorum nexibus clementer soluere. Illi cupiditate ducti, mel Episcopo nesciente suscipiunt, & quia alium vbi recondere locum

Respicit oblatũ muouu ab insecta.

Nota miraculum.

repentè non inueniebant, subtrus altare linteis vndique coopertum, illud locauerunt; lamque aderat tempus quo res diuina peragenda erat, & ecce ad primum orationis initium, vas illud crepuit, & melle effuso, minutatim descissum est. Itaque melle per terram fluente, Ludgeri sanctitas omnium ore celebrata est.

Villa est in pago Sudergo, quæ Alna nuncupatur. Ad hanc dum magno studio diocesim suam peragrâs venisset, pauper quidam luminibus orbatus accessit, illoque ad mensam sedente, magnis vocibus misericordiam viri sancti implorauit. Exijt festinus Diaconus, cuius id officij erat, ut stipem petentibus, cibum potumque benignè porrigeret. Sed pauper ille, reiecto cibo aliud sibi necessarium esse dixit; Nummum igitur ei tradidit. Sed & illum accipere recusauit. Diaconus igitur non intellecto quid postularet, dimisso illo, in domum regressus est. Porro ille, foris relictus, iterato clamore misericordiam implorauit. Tunc Episcopus miserum ad se introduci iussit, & quæ tanti clamoris causa esset, quæ sicut respondit ille, Fac ut videam, obsecro te pater, per amorem Dei. Tum Ludgerus, Videas, inquit, per amorem Dei. Quo dicto, integrum oculorum lumen protinùs recepit, lætusque inde abiit.

Vide rem admirandam.

Nota genus supplicij, facuissimum.

Quodam tempore cum per Hassiam iter haberet, vidit in campo quodam hominem quendam atrocissimo supplicij genere inactatum. Furti namque reus, quo per fraudem VVindekindi Saxonum Ducis caballos auerterat, tali mortis generi adiudicatus erat, ut in campo ad stipem ligatus, iactatus in eum sudibus præacutis & lapidibus, necaretur. Quo facto, corpus exanime in campo relictum, miserandum valdè transeuntibus specta-

specta-

spectaculum præbebat. Ludgerus autem comper-
to, quod Christianus fuerat, sepulturâ ei à VVindo-
kindo impetrauit. Interim dum fossa à libiti-
nario pararetur, discerpta totius corporis mem-
bra colligi, & summo studio foueri iussit; statim-
que non sine ingenti astantium stupore, qui mor-
tuus putabatur respirare cœpit. Deindè à fossa ad
Episcopi tentorium reductus, potuque refectus,
integrâ membrorû sanitatē, breuissimo tempo-
ris spatio recepit. Fertur eo in loco, lapidea crux
ab incolis erecta, in huius miraculi monumentū
ad nostra ferè tempora perstitisse, & campum il-
lum à nomine viri ipsius, qui Buddo appellaba-
tur, Buddonsfelt vocatum esse.

Excitatur
homo, om-
nibus mem-
bris dilace-
ratus.

Oppidum est in Saxonia cui nomen Meppea,
in cuius vicinia dum sacer Antistes Frisiam pera-
graret, aspexit vulgi Concilium die ipsa Domini-
ca congregatum. Quare admiratione detentus,
misi eo Diaconum, vt causam conuenticuli tali
die facti cognosceret. Intellexit autem reo cuidâ
suspendium parari. Nec mora, concito gradu eò
contendit, & blandis eos verbis affatus, hominē
illum sibi concedi postulauit, aut si scelus suppli-
cio dignum commisisset, in alium illud diem re-
seruarent. Illi spreto episcopo, mortem illi acce-
lerabant. Obtinuit tamen vir sanctus, vt liceret
sibi cum homine verba de æterna salute facere.
Facto sermone & confessione, quæ ad animum
expiandum pertinebat ritè peracta, homo in pa-
ribulum sublatus est. At verò vespere illius diei
cum Antistes sex ab eo loco milliaria peregisset,
venit ad illum homo ille, qui iam omnium opi-
nionē expirauerat; Mirantur vniuersi, & stupore
oppressi, quasi ab inferis excitatum intuentur.
Quibus ille rem ex ordine pandere cœpit. Ego,
Xxx § inquit,

Homo su-
spensus, mi-
rabiliter li-
beratur.

inquiens, dùm episcopo à me digresso, in patibulum traheret, vidi duos incredibili decore viros à latere episcopi equitantes, quorum alter ad me festinè rediens, nescio quid mihi pendenti supposuerit, ità vt quasi pedibus insitens, dolorem prorsus nullum sentirem, donec his qui me suspenderant hinc illinc dispersis, eiusdem auxilio solutus sum, solutoque vestris insistere vestigijs, & episcopo pro concessa vita gratias agere, imperauit, quam ipse, dùm à fatuis contemneretur, à Domino impetrarat.

Mira sunt
hæc.

Interea assidua illi construendi monasterij cura, in Verdena viuebat. Erat ibi nemus quoddam arborum opacitate, & arbuftorum densitate vndique conclusum. Ibi fixis tentorijs, primo mane arbores diruere, & locum, ponendis ædificijs expurgare, si qua facultas daretur, disposuit. Sed operarij, lustrato diligenter nemore, spem omnem prorsus abiecerunt, negantes humanis viribus fieri posse, vt locus ille construendis ædificijs idoneus redderetur. At Episcopus cum se à suis relictum, & humana ope destitutum cerneret, se

Vir sanctus
precib' suis
multas euer-
tit arbores,
vt sit locus
construendo
monasterio.

totum ad precandum Dominum comparauit. Cumque orationem in multam noctem protraheret, cognouit per spiritum à Deo se exaudium esse. Igitur in tentorium suum, cunctis (vt putabat) ignorantibus, rediens, mox cælum crebro fragore intonuit, tantamque tempestatis & turbidinis vim excitauit, vt ventorum impetu, annosa radicibus arbufta strauerit, locumque construendo coenobio valde oportunum præbuerit. Tunc animus ædificandi cunctis additus est, magnaque celeritate opus à fundamētis ad culmen perductum.

Post hæc leni corporis infirmitate correptus, tempus sibi à Deo præfinitum adesse intellexit, quo

quo corporis ergastulo soluendus, & beata immortalitatis gloria, donatus erat. Cuncta igitur, quæ ad iter hoc necessaria videbantur, summa diligentia curauit. Assiduis precibus & hymnis ad cælestis patriæ amorem se excitabat. Missam incredibili mentis vigore quotidie ferè in hac infirmitate celebrabat, Sacros codices sine intermissione sibi prælegi faciebat, nec interim commissas sibi oues negligebat, sed pridie quam ex hac vita migraret, duas luculenta sanè doctrina ad plebem conciones habuit, atque hoc modo rebus omnibus, tam quæ ad animum expiandum, quam quæ ad Ecclesiæ statum stabiliendum necessariæ erant procuratis, spiritum suauiter creatori suo reddidit. Funus, cum multis omnium lachrymis, in ecclesiam Monasteriensem, Deiparæ Virgini Sacram, inductum fuit. Trigesimo autem secundo, ab obitu eius die, inde ad cœnobium, quod in VVerdena fundârat, fuit (vt viuis desiderârat) delatum, & extra Ecclesiam, in parte orientali sacrum eius corpus humatum. Quod quidem, tanto post mortem tempore, non modo ab omni corruptione alienum, sed tanta etiam odoris fragrantia plenum inuentum fuit, vt omnes ad eius sanctitatē debitis laudibus celebrandam, vehementer impelleret.

Exercitia
agrotantis.

Obdormit
in Domino.

Corpus S.
Ludgeri
VVerdenam
translatum.

Corporis
in corruptie
& fragran-
tia.

Fuit in pago Nordgoa, Irmingerus quidam qui cum iuuentutis suæ florem, in sancti Ludgeri seruitio triuisset, lumen oculorum amisit, & tredecim annis miseranda hac cæcitate laborauerat. Postquam autem Ludgerus carne solutus fuit, nocte quadam huic cæco apparuisse dicitur, atque seridè mandasse, vt ad VVerdenense Monasterium contenderet, fore vt ibidem amissum oculorum lumen, D S I benigni-

Miracula
post obitū.

S. Ludgerus
apparet cæ-
co.

benignitate reciperet. Et ut ei certio-
rem spem salutis faceret, animumque ad Dei miseri-
cordiam magna fiducia implorandam adderet,
hoc ei signum ostendit; quòd locus cutis, quem
apprehenderat, alium à reliqua carne colorem
assumpserit. Mane factò, summa celeritate eò
quo iussus fuerat, contendit, & nocte sequenti in
præcibus exacta, pristinum lumen plenè recepit.

Cæcus illu-
minatur.

Sanatur pa-
ralytica.

Eadem nocte paralytica quædam, coram sepul-
chro sancti viri opem eius supplici voto postula-
uit, quæ etiam sanitati pristinæ restituta est.

Hilderadus diaconus qui in VVerdenensi coe-
nobio CHRISTO famulabatur, cùm puer ad-
huc literis operam nauaret, in morbum incidit
ex quo poples eius, contractis neruis ità incurua-
tus fuit, ut tibia foemori iuncta, præter insignem
deformatem, ingentem etiam miseriam ei re-
linqueret. Hæc calamitas patrem eius Sigebertum
(qui magno pietatis studio ductus, eidem Christi
seruitio se totum addixerat) sæpè cruciabat. Un-
dè varia frequenter cum fratribus, de sanitate fi-
lio restituenda, consilia agitabat. Interea nocte

S. Ludgerus
apparet, Hil-
derado dia-
cono con-
tracto.

quædam Ludgerus Hilderado per visionem appa-
ruit, & verbis asperis, ab ope à medicis implorã-
da deterruit; postremò de animi leuitate & incõ-
stantia vehementer increpauit, atque hoc modo
abscellit. Altera autem die, vespertinis laudibus
peractis, domum illam quæ infirmis ad sanitatẽ
recuperandam deputata est, intrauit. & ecce gra-
ui prolapsione, diuino proculdubio nutu, in ter-
ram corruit, ruptisque, qui exaruerant, cum foni-
tu neruis, sine aliquo dolore sanus & incolumis
erectus est. Tùm ille manus in cælum tendere, &
Dei bonitatem, in seruo suo Ludgero, magnis vo-
cibus prædicare. Plurima alia admiranda virtu-
tis opus.

Contractus
subito fit sa-
nus.

tis opera, à viro sancto edita leguntur, quæ nos studio breuitatis referre omittimus. Hæc duo de annua eius celebritate agenda miracula, silentio præterire non possumus.

Fertur fuisse vir quidam cui nomē Dindo, qui eum & in vita & in morte sanctum Ludgerum incredibili amore prosequeretur, statuit illi annuos honores deferre. Itaque ad Verdenense monasterium venire, & beati viri memoriã maximo deuotionis studio frequentare cõsueuerat. Sed nē crebrior eius accessus, fratribus molestiã inferret, suos cum annona homines, qui suis suorumque vsibus necessaria pararent, præmittere solebat. Necdum verò annua sanctitatis eius memoria, à fratribus colebatur. Accidit autem vt die quodam, qui eius natalitio sacer esse debebat, coquendæ ceruisiæ epulisque parandis intenderet, sed (quod dictu mirum est) ligna in ignem missa, stipularum instar momento temporis deuorabatur. Deindè alia post alia igni immissa, nullã vim adferre potuerunt. Cùm tamen operi nihilominus instarent, & summa contentione vt ceruisiæ cocturam perficerent, laborarent, tandem oleum & operam se perdidisse doluerunt, aded vt ceruisia, tantis sumptibus & sudore parata, gustu nimis amara, effundi debuerit. Itã euidenti iudicio cõpertum fuit, hunc diem diuinis laudibus in Ludgeri nomine consecrandum esse. Anno igitur sequenti, cùm natalis eius celebritas superueniret, visum est fratribus monasterij Verdenensis, totum illum diem, intermisso opere, diuinis laudibus mancipare, alijs interim, vt par erat, libertate concessa. Sed cum plurimi ex vicinis, exemplo monachorum excitati, simili deuotionis studio ducerentur, quidam verò operibus suis insistendum fatiis

Nota miri
quiddam.

Vide hic mi-
raculum, de
eius solen-
nitate, cele-
branda.

fatiùs esse ducerent, contigit vt fractis aratris ni-
hil proficerent. Vnde quidam Benno nomine, fu-
rore & amentia præceps, aratro vtunque restau-
rato, crebris boues stimulis ad arandum impulit.
At illi insania efferati, disruptis loris & iugis syl-
uas petierunt, nec antè sanè capi potuère, quàm
ipse cum reliquis ad S. Ludgeri memoriam ve-
niens, suæ temeritatis & contemptùs culpam cõ-
fessus, fratrum pro se orationem supplex impe-
trasset.

Vide Cæsar.
Bar. Annual.
tom. 4.

VITA S. ISAACI MONACHI, EX EA QVÆ
est per Metaphrasten. Claruit verò maximè, Anno
Dominicæ Incarnationis 378. Damasi Papæ 11.
Valentis 15. Gratiani 12. Va-
lentiniani 3. Impp.

27. Martij.
Persecutio
Valentis.

Nota, & cõ-
fer cum no-
stra ætate.

Post venerandæ ac viuificæ Crucis Domini
nostri Iesu Christi inuentionem, Valens im-
perio potitus, cùm summus esset Arianz
hæresis fautor, grauissimam in Ecclesia Dei per-
secutionem excitauit. Et quidem inaudito quodã
animi fastu sese ostentans, templa alia solo equa-
bat, alia sacerdotibus vel exilio vel morte mul-
ctatis, in stabula redigebat. Erat eo tempore in-
gens apud veros Dei seruos luctus & lamentatio,
omnisque melioris conditionis spes penitùs il-
lis præcisa erat: cùm Isaacius quidam, Dei spiri-
tu plenus, & monachus virtutum maximarum
splendore insignis, assiduus precibus & lachry-
mis diuinam opem, contra tyrannidem Impera-
toris implorabat. Nec dubitauit post assidua &
præclara orationum certamina, ipsum Impera-
torem totius impietatis caput aggredi.

Eo tempore, Barbari apud Dannbium, copio-
so admodùm milite bellum aduersus Imperato-
rem